5

Annuente

Divino Numine,

indulgente

Magnifico JCtorum Ordine,

PRÆSIDENTE

VIRO

Magnifico, maximè Reverendo, Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo,

DN. GEORGIO TOBIA SCHWENDENDORFFERO, JCto Famigeratissimo, Facultatis Juridicæ Lipsiensium Ordinario, Decretal. Profess. Public. Electorali ac Ducal. Judicii Provincialis Supremi Assessore, Canonico Marsiburgensi, Collegii Principp. Majoris Collegiato, Academiæ Decem-Viro, Nationisq; Bavaricæ Seniore Spectatiss.

Patrono ac Præceptore suo ætatem summoperè colendo

DE

MORTIS-CAUSSA-DONATIONIBUS

In

JCtorum Auditorio

d. 18. Junii ANNO M. DC. LXVIII.

disputabit solenniter

GEORGIUS RUTHARDUS,

Wratislav. Silesius.

LIPSIÆ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

Mons. Scipi

27

COELI PATRII
Inclytæ WRATISLAVIENSIUM Reipublicæ
LUMINARIBUS undiq; FULGENTISSIMIS,
VIRIS
Magnificis, Nobilissimis, Strenuis, Amplissimis, Consultissimis
DNN.

PRÆSIDI,
SENATORIBUS
atqve
SYNDICIS:

PATRONIS AC PROMOTORIBUS
æterno observantiæ, officiorum, & amoris cultu prosequendis,

SALVERE!


Iremini fortean, PATRES PATRIÆ, impudentis hominis audaciam, an facinus? Enimverò meridianum solis jubar sola aqvila oculò usurpat propriò. Animalium reliqva vel noctuæ instar ad hujusmodi cœcutiũt adspectũ, vel adscititiô, qvem dixi, solem visu lustrant.

dit. Cœcutiant sub obtutũ Vestrũ noctuæ. Mihi verò in publico olim prodituro lustrare liceat Vos, Cœli Patrii Luminaria Tanta, penè dixerim, ad invidiã Magna. Liceat lustrare tenus, si non datur ultrà. Imò verò & ultra, opinor, licebit. Interim qvos visu propiore nondum datur adorare, venerabor eminus. Visu lustrare Vos sufficiat hactenus adscititio, cum tantus Fulgor meum præstringat, hebetet. Scilicet chartæ præsentes sunt, qvarum vicariâ ope VOBIS meum-clientis sisto obseqvium. Eqvidem fateor ingenuè, Nomina Tanta informi hujusmodi structuræ non absqve insigni Eorum profanatione præponi à me potuisse. Et fortassis etiam contra prohibitionem Imperatorum *in L. unicâ Cod. de his, qvi Potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.* At enim veniam dabitis obseqviosissimi clientis Pietati, qvæ, qvà licuit, oculis sese Vestris sistere non erubuit. Qvid? qvod splendorem non injuriâ aliunde mutuentur pagellæ præsentes, non ignaræ, qvàm satis æstivè à propriò sint viaticatæ. Unde verò plus lucis; plus unde splendoris, præterqvàm à Tantis Patriæ Luminaribus mutuari vel poterant, vel etiam debebant? Vos modò fronte serenâ easdem dignemini, qvodq; facitis, qvanti ubertatem piæ voluntatis præ operum penuriâ æstimetis, ostendite Faciles. DEUS VOS SERVET. SALUS VESTRA, *mea*: qvid mea? SALUS PUBLICA! Dabam Lipsiæ è Museo 14. Cal. Julii Anno Æræ Christ. M. DC. LXVIII.

Tantorum Nominum

Indefessus
Admirator-Cultor.
Autor-Respondens.

I. N. J.

Ἄνευ προοιμίων ὡς ἐν Ἀρεοπάγῳ

sit.

CAPUT I.

DE

DEFINITIONE MORTIS CAUSSA DONATIONIS.

§. I.



Um Neminem fore arbitrer, qvi Donationem Mortis Caussa inficietur, siqvidem abundè satis eandem, & Tituli tàm in ff. qvàm in C. inscripti: de Mortis Caussa Donationibus; & iisdē subjectæ Leges; & tandem ipsa qvoq; Praxis cotidiana demonstrent: idcirco supersedebo pluribus inqvirere in quæstionem luce meridianâ clariorem: An nimirum detur Mortis Caussa Donatio. Qvin potiùs me ita expediam, ut præ cæteris inquiram in Donationis hujus Definitionem, de qvâ Capite hoc I. Divisionem, Capite II. Caussas tam Externas Capite III. qvàm Internas Capite IV. tandemq; addam Capite V. paucula de Effectu, Adjunctis atq; Contrariis.

§. 2. Definitionem quod attinet ab utrâq; tàm Philosophorum, qvàm JCtorum Scholâ, duplex perhibetur: Nominalis alia: alia Realis. Illa literarum observat nexum. Hæc rem ipsam intellectui sistere conatur. Illam præ hâc prius excutiendam esse jure merito arbitror, çùm sine verbis voluntas dicentis indicari commodè nequeat *l. 7. § 2. ff. de supell. legat.* hinc usu venit & JCtis ut prius quàm ad rem descendunt, in vocis inqvirant Notationem *l. 1 pr. ff. de acq. vel amitt. Poss.* Imo hoc ipsum præcipere videtur Imperator ipse, *in l. 1. ff. de J. & J.*

§. 3. Ex

§. 3. Ex Inscriptione patet, tribus propositum Thema constare Vocabulis, & sunt illæ: *Donatio, Mors, Caussa. Donationis* Etymon per se liquet, quod scil. descendat à Verbo: Dono, Donatio. Et ità Grammatici eandem deducunt: aliter autem placet JCtis *in l. 35. ff. de Mort. Causa Donat.* ubi dicitur Donationem esse à dono, & dare, dictam, quasi Doni-Dationem.

§. 4. Alterum Vocabulum est *Mors*, quò de brevitatis caussa Lexicographi videantur. Sufficiat hic monuisse, illud in Jure nostro dupliciter sumi; (1.) vel pro Morte Civili, quæ contingit per capitis diminutionem *l. 63. §. fin ff. pro Soc* quæ hujus loci non videtur, *Vid. infr. Cap. 4 th 8 n. 3.* Vel (2.) pro Morte Naturali, quâ anima separatur à corpore. *l. 35. §. 4. ff. h. t.* quæ huc spectat.

§. 5. Tertium sistit Vocabulum, *Caussa:* quam varii variè accipiunt. Perottus (referente Martin. in Lexico sub voce, Caussa:) inter alia hæc habet Etyma, quæ quodammodo huc trahi posse videntur. (1.) dictam putat à Cavendo Caussam, utpote quæ sit, quâ cavetur, ut aliquid agatur, aut non agatur. (2.) à casu, quòd initia rerum, quæ Caussæ sint, casu eveniant. Rectissime autem (3.) à Græco καῦσις, quod ardorem sive incendium denotat, ut caussa, quæ nos accendit & quasi inflammat ad aliquid agendum, & ita accipitur *tt. ff. de condict. caussa dat.* nec non *hoc Titulo de M. C. donat. vid. Lex. Calvini p. m. 159.*

§. 6. Atq; ita dicitur Mortis Caussa Donatio, in Differentiâ simplicis Donationis, nō qvidē ideò, ac si non inter Vivos, quemadmodū simplex, sed inter mortuos potiùs peragatur: inter mortuos namq; nulla datur Actio. *Vid Harppr. §. 2 Inst. h. t. n. 1.* facit *Nov. 22. cap. 20 pr.* Sed qvia per mortem vita ipsa solvitur, quæ omnium humanarum actionum fundamentum.

§. 7. Involvitur nonnunqvam sub simplici voce: Donationis, etiam Mortis-Caussa-Donatio, *prout colligere est ex Inscriptione Tituli Inst. de Donationibus, cum quo jungatur pr. eod. l. 67. ff. de V. S.* Dicitur aliàs Autoribus Donatio Impura, item Impropria, vid. Schneidew. & Harppr. alios. Germanico Idiomate efferri potest: Ein Geschenck und Vbergab so auff den Todes-Fall geschicht.

§. 8. Homonymiam quod concernit, nec ab illa Thema hoc censetur liberum. Mox enim & (1.) legatis accensetur *§. 1. Inst. h. t. l. 37.*

§ *17. ff. de Bon. Libert. l. fin. C. h. t.* Nonnunquam & (2.) id valet quod fideicommissum *l. 75. l. 77. §. 26. ff. de Leg. 2. l. 12 C. ad L. Falc.* iterum & (3.) denotat Titulum, *Rubr. ff. pro Donat.* & tandem (4.) ipsum Donationis hujus Actum, *tt. ff. & Cod. de M. C. D.* Tantùm de Nomine.

§. 9. Definitionis qvod est, proponi eandem optimè posse puto *cum Harppr. §. 1. Inst. h. t. & Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 40. th. 21. aliisq; qvos citati referunt, hôc modô* : quòd Mortis-Caussa-Donatio sit Donatio, quâ quis Mortis suæ cogitatione, aut periculi alicujus metu in alterum consentientem & acceptantem eô animô ritè aliquid confert, ut Morte subsecutâ ejusdem fiat. Et habetur hujus Definitionis (an potius Descriptionis?) fundamentum in *l. 2. l. 29. l. 32. §. 2. l. 39. §. 4. ff. h. t. l. fin. C. eôd.*

§. 10. *Generis* loco ponitur *Donatio.* Et rectius, quàm Contractus. Ratio: Est namq; Mortis-Caussa-Donatio species Donationis *pr. Inst. de Donat. l. 67. ff. de V. S. vid. Examen Scotani h. t. Dn. Struv. Ex. 40. th. 2.* Donatio autem in genere quando describitur, non dicitur Contractus, sed Actus, *l. 35. §. 1. ff. h. t. l. 29. ff. de Donat. l. 67. § 1. ff. de Leg. 2. atq; ita sentit Dn. Bocerus, Lindemannus, Struvius, Strauchius, Tabor cum Abrahamo Grosmanno, qvem refert in suis Partitionibus Element. Part. 2 th. 23. ὑποθ. in fin. Ludw. Exerc. 6. th. 7. aliiq; Præcellentes JCti.* Et hoc fortè ideò, qvia Actus nomen generale est, & ad ea omnia refertur quæ quovis modo aguntur *l. 19. ff. de V. S.*

§. 11. Nolo igitur facere cum iisdem, qui Donationis, atq; itâ etiam M. C. Donationis Genus Contractum esse statuunt: Donatio namq; & Contractus sibi invicem opponuntur *l. 20. §. 1. ff. Locat. l. 46. ff. eod. Dissentiunt Mozzius de Donat. & cum Alvisio Perusino, qvem recitat, Tiraqvell. Tract. de LL. Connub. Gloss. V. Voce Contractor. num. 77.* Dissentit ut in hoc, sic etiam in omni Genere Ant. Matth. in Fundam. Juris Disput. *3.* th. 5. asserens ibidem Loci: vix in toto Jure uspiam appropriatum Genus huic Definito inveniri.

§. 12. Cætera Definitionis verba suggerunt Differentiam, quæ desumitur, (1.) à Forma tàm generaliori, quàm specifica. Illa connotatur per vocem, *ritè*; hæc: *Mortis suæ cogitatione.* (2.) à Mate-

ria

na objectiva, quam præ se fert vocula, *aliquid*. (3.) à subjecto, indicatur quæ per vocem, *quo*. (4.) ab Efficiente, & traditur in *Consentiente & Acceptante*. (5.) à Fine & Effectu, ibi: *ut morte secuta*, &c.

CAPUT II.

DE
DIVISIONE.

§. I.

CUm omnis Divisio *monente Dan. Ottone in Dial. Juris Libr. 1. c. 26. Reg. 3.* quantum quidem fieri potest, bimembris constitui debeat; placet eandem Mortis Causâ-Donationem quoq; in duas principaliores species cum Paulo de Castr. Schneidvvino & Manzio *in Comm. ad Instit. h. t.* dispescere. Nimirum in eam, quæ *cum Necessitate, vel Periculo aliquo* est conjuncta. Deinde in eam, quæ *nullo* plane *cum Periculo* conjuncta est. Hæc fit solâ Mortis cogitatione, etiam à sano homine *l. 2 ff. h. t.* Illa fit ab eo, qui jam timet periculum Mortis, & quidem vel ita, ut (1.) *statim* res fiat Donatarii, hac tamen sub cautione: ut, si Mors ipsi non obtingat, iterum restituatur *l. 1. pr. vers. item cum ipse. ff. h. t. l. 2. ff. eod.* (2.) *non statim* res fiat accipientis; sed tunc demum cum Mors obtigerit. *dd. LL.* Rationes hujus pluribus apud Manzium ipsum videri possunt *cit. loc. num. 7.*

§. 2. Deinde etiam ratione Materiæ objectivæ non malè dividi potest in *Universalem*, quando scil. alicui omnia & universa bona hoc modo conceduntur. Vel *singularem*, quando saltem res aliqua singularis h. m. obvenit.

§. 3. Porrò & à Formâ Externâ potest dividi Mortis-Caussa-Donatio in *scriptam*, & *non scriptam*. Illa est, quando super ea conficitur Scriptura, vel Instrumentum, sive hoc fiat manu Notarii sive alterius privati alicujus. Hæc est, quando sine scriptura conficitur. *l. fin. C. de Donat. vid. Schneidw. §. 1. Inst. h. t. n. 15.*

§. 4. Et deniq; quamvis hæc Donatio in se sit conditionata, constat tamen quod præter suam, quam alit, Conditionem, aliam insuper admittat Conditionem, *l. 8. pr. l. 12. 20. 21. ff. h. t.* Igitur & hæc

suo

ſuo modo diſtribuitur non incongruè in *ſimplicem*, & *qualificatam* ſeu *Conditionatam*, *arg. l. 35. §. 4. ff. h. t.* Seqvitur

CAP. III.
DE
EFFICIENTE ET FINE.

§. I.

TRaditâ Diviſione M. C. Donationis, conſeqvens huic erit in Cauſſas ejusdem inqvirere, ubi præprimis me confero ad cauſſas Externas, Efficientem ſcil. & Finem.

§. 2. Illam & Efficientem qvod ſpectat, duplicem communiter Dd. faciunt, Remotam ſcil. & Propinqvam. Ad Remotam refero Jus Civile, & meritò, *per pr. Inſt. h. t. cum qvo jung. §. ult. J. de Uſu & Habitat.* ubi Imp. expreſsè dicit, ſe de modis Jure Gentiū acqvirendi hactenus egiſſe, nunc ad modos Legitimo & Civili Jure inventos pervenire, *& ita tradit qvoq; Robertus Diſp. 10. ad Inſt. th. 1. Lit. a.* Et faciunt huc apprimè *§. ult.* verba: Erat & olim. *Inſt. h. t.* & qvæ habent *Rober. d. l. Harppr. ad pr. Inſt. h. n. 3.*

§. 3. Et hoc ipſum vel exinde qvoqve patet, qvòd hæc Mortis-Cauſa-Donatio inter ſolos Cives Romanos ſortiatur Effectum; cum ad peregrinum res ſuas ita transferre haud valeant, *vid. Pacium in Analyſ. Inſt. h. t. & Manz cit. loc.* ubi prolixiores nectunt rationes, quas ibi videre licet, *nec non Gudd. ad l. 23. ff. de V. S. n. 6.*

§. 4. Et hæc ipſa ſententia Legibus benè congrua videtur. *vid. l. 6. ff. de Pact. l. 35. §. 5. C. de don. l. 6. ff. de J. & J. junct. §. 21. in fin. Inſt. de R. D. cum l. 7. §. 7. ff. de A. R. D.* ubi ex aliena materia ſpeciem aliqvam ſuo nomine conficiens dominus rei perhibetur. Et ſtatim ibi ratio aſſerti traditur: qvia qvod *jam* factum eſt rei, *antea* fuerat nullius, Et hujus iterum aliam *l. 9. §. 3. ff. ad Exhib.* monſtrat rationem.

§. 5. Cauſſam Propinqvam exhibet *utriusq;* & Donantis, & Donatarii *Conſenſus*. Et nil refert utrum *Expreſſus ſit*, an vero *Tacitus*; quia & ille qvi tacet videtur conſentire ſecundùm *l. 142. ff. de R. J.* præprimis quando tacet in ipſo actu & eo tempore, ubi contradi-

cere

... debeat & potest, *Fachin. Libr. 13 Controv. cap. 50. & Nicol. de Passeribus Tract. de Privat. Script. Libr. 3 quæst. 1. n. 118. & 129 Clarus §. Donatio. Libr. 4. quæst. 6. in fin. Vid. & Dn. Harppr. d. l.*

§. 6. Porro Consensus hic ab utraque parte requiritur *Liber*, non *coactus*. Et quidem quod ex parte M. C. Donantis liber debeat esse, vel *arg. l. 11. C. de contrab. emt. l. 16. C. de Jur. deliberand.* liquet, ubi habetur, quod nemo invitus rem suam vendere cogatur. Ergo multo minus invitus ut donet, poterit cogi. Nec aliud dicendum M. C. Donatarii respectu *l. 69. ff. de R. J.* Nolenti namque & invito non potest acquiri liberalitas *l. 19. §. 2. ff. de Donat. d. l. 16. C. d. t.* in tantum, ut Donatio nulla habeatur, quæ sit sine acceptione *l. 8. §. 3. de bonis libertor. vid. Cujac. libr. 12 obs. 28 & Consilt. 43. & 44 Huc trahi possunt, quæ habet Godofr. in not ad l. 15. C. de SS. Eccl.*

§. 7. Efficientem justâ serie tangit nunc Finis, qui itidem duplex perhibetur: *Primarius* scilicet, & *Secundarius*. Ille consistit in eo, ut M. C Donatarius morte subsecutâ, de quâ cogitatum fuit, & rebus sic stantibus ac permanentibus, res M. C. donatas sibi habeat *per l. 1. ff. h. t.* Hic consistere videtur in liberalitate. *l. 67 §. 1 ff. de Leg. 2 l. 29. pr ff. de Donat. l. 82. ff. de R J.* Nec non in gratâ M. C. Donatoris apud M. C. Donatarium memoriâ & famâ perpetuâ, quam forte hac ratione sibi comparandam ducit: ut adeoque etiam post mortem inter vivos ambulare videatur. *arg. l. 9. pr. ff. de Manum. vindict.*

CAPUT. IV.

DE
MATERIA ET FORMA.

§. I.

AD materiam progredienti occurrit iterum ejus divisio; quæ præponenda censetur, ut ita primo quasi intuitu contenta quodammodo totius capitis perspici possint. Dicitur autem Philosophis materia *alia subjectiva*; *alia objectiva*. Subjectum seu materia subjectiva, iterum duplex est; nimirum *relata*, atque *correlata*: *Illa* respicit Personam M. C. Donatoris; Hæc M. C. Donatarii. De

quibus primo loco agendum erit: *arg. §. fin. Instit de J N. G. & Civ.* cujus vigore parum est Jus nosse, si personæ, utpote quarum causâ Jus est constitutum, ignorentur.

§. 2. Subjectum Relatum quod spectat, de eo Dd. hanc Regulam generalem tradunt: quod quilibet M. C. donare possit qui condere potest Testamentum *per l 25. ff. h. t.* sive masculus sit, sive fœmina, sive majorennis, sive minorennis, nil refert, prout ex statim subjectis patescet. Idque propterea, quòd M. C. Donatio est de permissorum genere, & legatorum vice fungitur *l. 3. ff. de Bon Libert. l. 37. pr ff. h l fin. C h t.* Est autem exceptio in filiofam., qui patre consentiente benè potest M. C. donare; licet non possit, etiamsi pater consentiat, testari, *supr. d. l. 25. §. 1. ff. h* differentiæ ratio talis perhibetur, quòd ad Testamentum condendum præcisè requiratur Paterfam. *Fragm. XII: Tabb. Tit, 19. l. 120. ff. de V. S. Nov. 22. c. 2. Schneidw. ad pr. Instit. quibus non est permiss. num. 8.* Quod secus obtinet in M. C. Donat.

§. 3. De peculio adventitio irregulari magna inter Dd. est controversia: utrum Filiusf., quoad hoc, sine consensu Patris Mortis-Causa-donare queat? Placet cum Magnif. *D. Struv. Ex. 40. th. 23. aliisq; quos ibidem citatos refert*, affirmativa sententia, tum *per l. 21. C. mandat.* tum *arg. l. 15. ad SCt. Trebell. junct. l. 15 ff. h. l. 7. §. 4. ff. de don.* tum *arg. l fin. c. de Bon. qua liber.* tum maximè *per Nov. 117. c. 1. §. 1.* Nec movet *l. 1. §. 1. ff. de Tut. & rat: distrab.*

§. 4. Sunt nonnulli inter Autores, qui mulieribus, propter curam perpetuam fortè, in quâ esse dicuntur, M. C. donare non concedunt; quos inter Clar. *Libr. 4. quæst. 9.* Ubi universaliter negativam procedere asserit, cum quo facit Didacus Covarruv. *Rubr. de Testam. Part. 3. num. 2.* A quorum etiam stat sententiâ *Rip. in l. 2. de leg. 1. nec non Andr. Tiraqvell. Tr. de LL. Connub. sub voce Contracter. num: 75.* Contrarium verò expressis textibus Juris tàm Civilis, quā etiam Saxonici stabilitur. De Jure Civili assertum fundatur *in l 9. ff. de don. inter vir. & Ux:* cum *l. 10. ff. eod. junct. l. 25 ff h. t.* Accedit huic & ratio illa, quod indè mulieribus sic donantibus nullum fiat præjudicium: quoniam pro lubitu iterum pœnitere licet *l. 30. ff. de M. C. don.* De Jure Saxonicô textus habetur in Landrecht *libr: 1. art. 31. & 45. item* Weichbild *art. 65.* qui textus à Dd. de Do-

natione

ratione simplici tantùm intelliguntur, adeoque ad M. C. Donationem nil quicquam faciunt. *Vid. Schneidw. d. l. num. 18.*

§ 5. Cum autem Contrariorum cognito uno, & alterum facilè cognoscatur, *pr. I. de his, qui sui, vel alien. Jur. pr. I. de Tutel.* operæ pretium esse duco, de illis quædam annectere qui M. C. donare prohibentur. Et ut iidem uno quasi obtutu exhibeantur, de illis hoc loco ita habendum: quòd ab hoc actu excludantur *alii ob statum sui conditionem: alii ob mentis & judicii imbecillitatem: alii denique ob sensuum defectum.*

§. 6. Ad I. Classem referuntur (1.) Servi. Hi namque J.C. non habent caput, & quoad ea, quæ Juris sunt, mortui dicuntur *l. 32. de R. J. l. 22. l. 107. l. 209. ff. eod.* Vid. eleganter de hac re differentem Vaconium à Vacuna *libr. 1. Declarat. 18.* quem allegasse juvet. Sed quid de *Servo Publico Populi Romani* dicendum? *Ulpianus in fragm. tit. 20.* huic de dimidia peculii sui parte testari concessum, asserit, *jung. l. 25. ff. h. t.* Vid. Tholosanus *Syntagm. Jur. Univ. libr. 42. cap. 8 n. 5.* ubi idem refert de Servis Imperatoris, *per Nov. 38.* (2.) Peregrinus utpote qui Jure Quiritium non gaudet *l. 31. ff. de Jur. fisci.* nec quicquam facit, utrum olim fuerit Civis, utrum verò non fuerit: *l. 6. §. 2. ff. de hered. Instit. l. 1. C. eod. ibiq. Godofr. vid supr. cap. 3. §. 3.* Etenim spectatur habilitas uniuscujusque potissimùm tempore actus ipsius. Et quod peregrini communionem Juris Civilis non habuerint, vel exindè patet, quod Romæ duos constitutos habuerint Prætores, qui privatis Jus in Urbe dicebant; alterum Urbanum, alterum Peregrinum. *l. 2. §. 28. de O. J. vid. Cujac. π. ff. de Off. Prætor. necnon Godofr. ad d. l. 1. C. de hered. instituend.* Quod tamen de Jure Novell. aliter se habet. *Nov. Omnes perigrini C. comm. de success. Tholosan. d. l. n. 23.* (3.) Deportatus *arg. l. 1. §. fin. ff. de B. P. contr. Tabb.* (4.) Prodigus, civiliter talem puta *l. 1. ff. de Cur. Furios. L. 40. de R. J.* quia quoad bona sua furiosum planè facere videtur exitum *l. 12. ff. de Tut. & Curat. dat.* (5.) Usurarius manifestus, de quo diversorum diversa repetitur Autorum sententia. Pro negativâ facit *Tiraquell. d. l. §. 77. cum Rebuff. in l. 67. ff. de V. S. item Fulv. Constant. in §. 1. Instit. de don num. 16. & Heigius quoque Part. 2. quæst. 17. num. 45.* Affirmativam tenet *Mozz. Tract. de Contract. Rubr. de Donat. column. de personis, in quas*

cadit donat. num. 28. Julius Clarus libr. 4. quæst. 7. ubi citat Baldum in contrarium, sed tremulentius, (sunt verba Clari:) *in l. Executorem. C. de Execut. Rei Judicat. num. 11.* abeuntem. *Bocerus Tract. de Donat. c. 5. num 32. nec non Gotofr. in Not. ad Schneidw. §. fin. num. 13. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. Aliique.* Maximè vero quando concipitur ejusmodi M.C. Donatio in testamento, aut de omnibus ejusdem bonis, aut certè majori parte eorum, *per c. quanquam. de Usur. in 6to.* Asserti ratio talis fortè perhiberi poterit: Aliter sin fieret, fraus inferretur Legi, dum nimirum id, quod per testamentum non liceret, aliâ viâ expediri posset, quod contra *l. 5. C. de Legib.* (6.) Judæus, videtur ita quoque *Covarruv. libr. 3. var. Resol. cap. 3. num. 9. vers. septimo. & Godofr. in Not. ad Schneidw. d. l.* Contra sentit *Dn. Harppr. §. 1. Instit. h. n. 52.* seqq. *& Jul. Clarus libr. 3. §. testamentum. quæst. 26. num. 5.* Ubi observantiam contrarium tenere testatur. (7) facit huc Hæreticus, cui omnis legitimus actus interdictus *l. 21. C. de Haeret.*

§. 7. Secundam Classem constituunt, qui ob Judicii & mentis imbecillitatem non videntur admittendi. Suntque inter cæteros (1.) infantes, impubes, *per §. 1. Inst. quibus non est permiss.* quia nullum habent animi judicium. Etiamsi patriam potestatem exuerint, propter obloquentem ætatem *d. §. 1. eod.* dijudicatione namque opus est, cur extraneo potiùs quàm cognato fortunæ tradendæ, per ea quæ tradit Osterm. *ad d. §. 1. apprimè huc facit l. fin. Cod. de Test. milit. verbis: indignum videtur, eum, qui stabilem mentem &c.* (2.) Mente Captus & (3.) Furiosus. *l. 23. ff. de don. l. 2. §. 1. ff. de Proc. l. 40. de R. J.* Huc refertur etiam (4.) Ebrius, qui quodammodo mentis exilium induxit, & rationem atque consensum exclusisse videtur *c. 3. & 5. dist. 35. caus. 14. X. de vita & honest. Cler.*

§. 8. Ad III. Classem refero (1.) mutum & surdum, ita natum. Cum fermè impossibile sit ejusdem demonstrationes & signa plenè intelligere *l. 29. C. de testam.* & licet intellectu gaudeat; organo tamē objectum intellectus repræsentante destitutus cum sit, ipsius quoq; intellectus operatio quodammodo videtur deficere. (2.) Ad cœcum verò quod spectat, de eô Dd. non una est omnium opinio. Sunt qui simpliciter hoc affirmant, eorumque longum pertexit catalogum *Harppr. §. 1. Inst. h. n. 55.* Alii verò limitatè; ut quidem

possit

posse M. C. donare, sed certâ adhibitâ solennitate, *per l. 8. C. qui test. fac. poss. vers. qua in eundem modum. Vid. Ruinus in leg. 2. ff. de leg. 1.* & Boccerus *tract. de Donat. c. 5. num 36.* Cum quibus *& Harppr. sta. cit. loc.* Et tutissima forte opinio.

§. 9. Visâ quadantenus Materia subjectiva relata, devolvor ad alteram Correlatam, quæ Personas comprehendit, quibus h. m. donari potest. Et tenendum circa easdem: quòd *cuivis liceat Mortis Causa donari, qui legata accipere potest.*

§. 10. His præmissis statim obvenit, quòd Jure Civili validè M. C. donari non possit (1.) Peregrino, *supra cap. hoc th. 6. num. 2.* (2.) Servo qua tali *l. 31. ff. eod.* aliud siquidem, si ex domini personâ æstimetur, dicendum *d. l.* (3.) Monacho *arg. Auth. Ingressi. & seqv. si qua mulier. C. de SS. Eccl.* Jure Sax. res est aperta *Art. 25. tit. 1.* Landrecht. *Vid. Carpzov. Def. 171. n. 13.* (4.) Hæretico & Apostatæ, quia hæreditatum & legatorum [adeoque & M. C. Donationum §. 1. *Instit. h. t.*] in Orthodoxorum testamentis relictis capaces non censentur *l. 3. C. de Apostat. c. sanè profertur. 6. vers. multi Episcopi. caus. 24. qv. 2.* in tantum, ut, qui hæreticis suas facultates reliquerunt, post mortem ipsi subjiciantur anathemati. (5.) Judæis, quia *secundum Can. Nonne Sodomitæ. 37. ca. 1. qv. 1.* longè pejores aliis habentur infidelibus. (6.) Focariæ à milite *l. 2. C. de don. int. Vir. & Ux.* Limitat *Tiraquell. in Tract. de Nobilitate, cap. 37. n. 52.* in Principis militis focariâ, ubi adducit Baldum multis in locis ita statuentem. Erant autem focariæ militum concubinæ. *Vid. Merill. 8. obs. 34. Lips. libr. 5. de Milit. Rom. Dial 18. Tiraquell. ad l. 15. Connub. num. 24.* (7.) Sibi ipsi, etiam per consequentiam, puta: quando quis absenti M. C. donaturus pro absente rem M. C. donatâ acceptat, donans ipse & simul donatarius; donans siquidem & donatarius duæ distinctæ debent esse personæ quicquid in contrarium obluctetur. *Mozz. de don. Subst. n. 27.* (8.) An vero absenti per stipulationem ab aliô factam procedat M. C. donatio, videndum? Et videtur rem distinctione posse expediri. Nimirum aut servus stipulatur respectu domini absentis, & valet ita donatio: aut aliquis extraneus alius, & non valet. Prius stabilitur *l. 1. ff. de V. O. §. 1. Inst. de stip. Serv. l. 86. §. 2. ff. de leg. 1. §. 3. l. per quas pers. arg. l. 12. §. 2. ff. de leg. 1. l. 82. §. 2. ff. de leg. 2. l. 13. de hered. instit.* Po-

 sterius

ſterius confirmat *l.17. §.4.ff. de Pact. l.73. §.fin. ff. de R.J §.4. & 18. J. de Inutil. ſtipul.* qui textus admodum generales ſunt, adeo quidem ut nec Notarius hoc in caſu quicquam videatur efficere per R. I. de Anno 1512. Rubr. von Notarien §. und nachdem. *Vid. Vinn. ad §.4. J. de Inutil. ſtipulationib.* Aliud dicendum de Procuratore, & qui ad id ſpeciatim eſt rogatus *per l. 9. l. 11. l. 12. ff. de Pact. Vid: Dn.* Strauch. *Diſſ. 8. aph. 20.* (9.) Heredi, *Vid. Goveanus libr. 2. cap. 20. num. 1.* (10) Patri, *per l. ult. C. de Impub. & aliis ſubſtit. junct. l. 25. ff. h. t.* (11.) Invito alteri, *vid. ſupra cap. 3 §. 6.* niſi fortè alterius & tertii interſit, tunc enim aliter ſtatuendum *arg. l. 39. ff. de R. J.* Huc poſſunt trahi, quæ tradunt *Dd. ad l. 69 ff. de R. J.*

§. 11. Sequitur nunc ut & de materia objectiva aliquid addam; quam conſtituunt res, quæ M. C. donari poterunt. Sumitur autem hoc loco vocabulum res, in laxiori ſignificatu, quàm quidem *in l. 1. ff. de ſtat. hom.* & denotat non tantùm res, quatenus perſonis & actionibus contradiſtinguntur; ſed & perſonas ac actiones inſimul involvunt.

§. 12. Lubet autem de rebus materiam conſtituentibus more propoſito etiam generaliter notare, ita ſcilicet, quòd huc ſpectent *omnes res, eaq; vel corporeæ vel incorporeæ: vel mobiles, vel immobiles,* modò in commercio ſint & regulariter noſtræ. *arg. l. 9. §. fin ff. de Donat. vid. Dd. Treutl. Vol. 2. Diſp. 19. th. 5. Dn.* Struv. *Ex. 40.. th 24.*

§. 13. Præmiſſâ hac generaliori Regulâ, ſtatim liquet, quòd hujus non cenſeantur loci *res Sacræ, Religioſæ, & Sanctæ.* Divini namque Juris ſunt, & hominum commercium planè ſubterfugiunt *l. 1. ff. de R. D. §. 7 Inſt. eod.* Item *Res publicæ,* hæ namque extra, ſingulorum patrimonium ſunt, inque nullius privati bonis *d. l. 1. ff. eod.* Huc facere quoque videtur res illa, quæ quidem per ſe in commercio eſt, inque obligationem deduci poteſt & alienari: cautum tamē fuit ab ipſo teſtatore in teſtamento, ne alienetur, ſed in familiâ relinquatur. *l. 114. §. 14. ff. de leg. 1. & l. 69. §. 3. ff. de leg. 2. per Nov. 22. cap. 2. in pr.*

§. 14. Quod idem etiam de *fundo dotali* aſſerendum. Licet namque idem fundus commercio non videatur exemptus, inque dominio ſit mariti, attamen quia ejus alienatio expreſsè marito interdicta.

[illegible] §. 1 *Inst. quib. alien. licet.* Idcircò nec M. C donari ab illo po-[illegible] Quod [illegible] tantum procedit, ut licet in hoc consentiat Uxor, donatio tamen ejusmodi invalida sit.

§. 15. De fundo emphyteutico cum constet, quòd cum consensu Domini inter vivos recte donetur: Anne & idem in M. C Donat. [illegible]? Et videtur hoc affirmandum esse, ex hac ratione: quod nihil ob[illegible] ob stare [illegible]atur & hoc in casu, ut ne, quod inter vivos licitum, liceat in ultima voluntate *arg. tt. Inst. de Leg. Fus. Can. tollend. [illegible] §. 1 I. h. l. fin. C. h. t.* Et hoc utiq. ad feudum trahendum videtur. *dd. ll. Vid Ludw. Ex. Inst. 9. th. 3. lit g.*

§ 16. Porro de Utensilibus seu Gerada dubium oriri posset, quonam loco ponenda sit. Et per adductam §. praeced. rationem videri posset, quod utique ad eas res, quae M. C. donantur, referri debeant. At enim hoc non procedit. Licet enim inter vivos eandem mulier licite alienet, non tamen id propterea ad M. C. donationem est rapiendum. Nec quicquam juvat praeced. § adducta ratio *ex Tit. Inst. de Leg. Fus. Can. toll* quoniam hic alia repugnat ratio, expressus scilicet textus Juris Saxonici, (cujus etiam inventum est Gerada) qui vult, ne mulier extraneo alicui proximae cognatae è lineâ maternâ in praejudicium hanc in testamento relinquere possit, *secundum C. E. Sax. & referente ibid. Carpzov. p. 3. C. 1. Def. 1.* Hujus statuti rationes qui expetit, conferat *Thomingium Decis. VI. num. 7.* quas temporis parcendi gratiâ huc referre non libet. Inter alias & haec datur ratio: quòd mulieres suâ naturâ ad rem attentiores sint, nec facilè inter vivos donent, ad disponendum autem de rebus in casum mortis faciliores sunt *arg. l. 4. in fin. ff. ad SCt. Vellejan. l. 16. C. de donat. ante nupt.*

§. 17 Quid Juris autem de re nondum adhuc in rerum naturâ existente, quae tamen certò speratur, obtinet? De hâc nullus dubitabit, quin commode donari etiam M. C. possit. Id quod probatur *l. 24. ff. de leg. 1. §. 7. Inst. de leg.* F. quâ palam est res certò futuras [illegible] etiam h. m. donari.

§. 18. Non tantùm autem res corporales, quae manu tangi possunt h. m. veniunt considerandae, sed etiam, uti supra *h. cap. § 12.* dixi, incorporales. Quales sunt (1.) servitus, & de hâc res expedita datur *per §. ult. Inst. de Serv. Praed. item tt. ff. de servit. legat. l. 16. ff. comm.*

ff. comm. præd. (2.) Libertas, quando scilicet servus M. C. manumittitur, & in extremum vitæ suæ tempus quis alteri confert libertatem, *vid. Calvinus in Lexico, sub voc. Mors. & Brissonius, quem ibidem refert.*

§. 19. (3.) Etiam de usufructu videndū. Hunc igitur quod concernit, & quando quæritur, utrum ususfructus M. C. donari posit: quæstio in se neque affirmanda neq; etiā simpliciter negandaest, cum instar equi Trojani nec sola & simplex incedat. Puto autē rem distinguendo commodissimè posse expediri: aut (1.) de usufructu de novô constituendo quæritur, an Dominus verus eundem per M. C. donationē cōstituere possit? & hoc affirmatur *l. 3. l. 6. l. 42. l. 67. ff. de Usufr. §. 1. Inst. eod. junct. §. 1. Inst. de Donat. apprimè facit. l. 1. §. 2. ff. usufr. quemadm.* aut (2.) de jam constituto, an nim. usufructuarius eundem cum Proprietarii consensu etiam M. C. donare possit? quod iterum affirmandum puto, *arg. l. pen. C. de Pact.* Nihil namque hoc in casu obstat, quo minus Dominus juri sibi competenti & reservato renunciare possit. Aut (3.) quæritur an sine proprietarii consensu usufructuarius idem efficere queat? quod negandum. In tantum quoque ut nec procedat (4.) in usufructu irregulari. Ratio ab unâ parte stat talis; quia hoc præjudicium fert alteri in usufructu hoc succedenti. Sed quid si & hic alter consentiat: poteritnè M. C. donari? Adhuc negandum videtur. Eo enim casu ususfructus potiùs ad proprietarium pertinet, vel, si mavis, evanescit, textus est *l. 66 ff. de Jur. Dot.* Idque vel ex naturâ ususfructus colligere licet, qui personale jus est, & personæ, cui conceditur, tàm tenaciter adhæret, ut extinctâ personâ simul cum eâdem extinguatur *§. 3. Inst. de Usufr. l. 1. §. 2. ff. de Const. Princ.*

§. 20. Non autem ex prædictis concludere firmiter licet, ac si solummodo res nostræ & propriæ huic Mortis-Causa-Donationi subjaceant, penitusque abhinc removeantur res alterius cujusdam, & alienæ. Neutiquam: sed hoc, *uti dixi h. cap. §. 12.* quidem regulariter ita obtinet, & quanquam, quod lubens concedo, non eodem planè & perfecto effectu res alienæ M. C. donantur, quàm quidem propriæ *arg. l. 14. l. 19. C. de donat. & ita Dn. Struv. Ex. 40. th. 24.* Nec tamen inde sequitur, quod nullo plane modo, & inutiliter prorsus donentur M. C. *junct. §. 1. Inst. h. t. cum. §. 4. Inst. de leg.*

Quod

Quod [illegible] tum dicendum, quando scilicet Donator res tales [illegible] fide possederit, cum *per l. 136. ff. de R. J.* & hoc in casu B. F. tantum [illegible] præstare videatur, quantum quidem rei veritas. Fuerit etiam Donator in malâ fide, & donet ita Mortis Caussâ, [illegible] hoc non omni modo officit donatario. Sufficit namq; eidē, [illegible] illas possit usucapere, qvam facultatem habet à Donatore, *l. [illegible] pr. ff. de divers. & tempor. Præscript. l. 3. in fin. ff. pro Donato.* Et hæc etiam de materiâ objectivâ sufficiant. Pergo ad Formam.

§. 21. Constituitur autem Forma à communi Dd Schola *Interna alia, & F[illegible]ntialis, alia vero Externa se[u] Accidentalis*, quam h. l. & meam facio distinctionem. Illa consistit *in gratuita rerum mortis [illegible] [illegible]atione l. 2. l. 31. ff. h. t.* quem metum communiter exprimebant formulâ: si quid humanitus mihi acciderit. Ita namque Veteres loqui potius amabant *l. 162. ff. de V. S.* quoniam enim vocabulum Mortis habebant ominosum, ideo ab eô sese libenter abstinebant, docente ita *Hotomann. comm. suo ad Inst. de donat.*

§ 22. Præ cæteris autem benè observanda verba sunt: Mortis [illegible] cogitatione; quippe in hoc unico hujus M. C. Donationis [illegible]ficum essentiale versatur. In tantum enim valet, & necessaria [illegible] expressa Mortis mentio sive jam instet aliquod periculum mortis, sive etiam nullum *l. 42. §. fin. l. 2 seqq. l. 35. §. 4. l. ff. t. h. t. Vid. Dn. Struv. Ex. 40. th. 25.* Ut, licet quis moribundus donet, non censeatur Mortis-Caussâ-donasse, sed potiùs inter vivos *d. l. 42. § fin.* differunt namq. toto cœlo moriens donare, & Mortis-Caussa-donare. Hoc modô Donatum revocabile est, illô verò non item.

§ 23. Nec est asserendum, sufficere ad hunc actum firmandum, si saltim in genere Mortis facta fuerit mentio, sed requiritur, ut fiat in specie. *Tholosanus Syntagm. Jur. Univ. de M. C. Don. cap. 14. num. 11.* Quia illo modo & in genere si facta fuerit, simplex judicatur & inter vivos donatio. Rationem habet *Struv. d. l. in fin.* hanc quod nimirum hoc casu Mortis mentio tantum dilationis gratiâ, vel ut *Tholosanus d. l.* temporis taxationis caussâ adjiciatur, & ita actio saltem post mortem Donantis differatur, res autem donata jam statim debeatur *l. unic. C. ut act. & ab hered. & contr. hered. incip.*

§. 24. Occasione hujus non incongruè disquirunt Dd de hâc

Phrasi; quando nim. Uxor marito sic donat, si nimirum supervixerit maritus, utrumnè M. C. Donatio, an contra habeatur? Ratio dubitandi in eo sita videtur: qvòd nulla expressa mentio fiat mortis. Sed in rem si penitiùs introspiciamus, venit utiqve affirmandum, tùm *per l 9 & l 10. ff. de Don. inter Vir. & Uxor* tùm etiam qvòd bene expressum habeatur, qvod ex verbis æqvipollentibus potest colligi. *Mascard. de Probat. vol. 3. Conclus. 1389. num. 4 & Nicol. Boër Decis. 44. & 193. vid. §. 21. dicta. Et hoc habet Julius Clarus Libr. 4. §. donat qv. 4. num. 2.* Ubi insimul utilitatem hujus quæstionis ostendit; *cum qvo sentit Hieronym. Giacharius ad eundem ibidem Lit. a. item Covarruv. Rubr. de Testam. part. 3. num. 25. Tholosanus d. cap. 14. circa finem. &, qvem citat, Guilielm. Benedict. in Cap. 4. Raynutius. verbo: testamentum; num. 23 seqq. de Testam.* facit & cum his *Thomingius Dec. 20. num. 7.* idem asserens: ex ipsis verbis elici Mortis-Caussa donatùm esse.

§. 25. Porro & hoc reqviritur ut fiat intuitu Mortis suæ, qvia hoc casu magis vult habere Donans, qvàm qvidem alium, *l. 1. l. 29. ff. h t. §. 1. Inst. eod.* nam qvando alterius Mortis Caussa datur, potiùs Mortis Caussa capio, qvàm Donatio M. C. salutabitur *l. 18. l. 31. l. 38. ff h. t. videri potest hâc de re latiùs Harppr. §. 1. Inst h. n. 9.*

§. 26. Bene dicitur Collatio; nam sine hâc si foret, nulla foret, prout cap. seqv. pluribus indicat sub contrariis, qvapropter conferatur necesse est in alium, sive id fiat statim per traditionem, sive ex post facto: & qvidem gratuitò. Ita namqve etiam fiat, necessum est, qvia, si fortè qvicqvam rei aut pretii interveniat, vix Donationis nomine appellari merebitur. *arg. l. 1. §. 8. & 9. ff. depositi.*

§. 27. Formam externam s. accidentalem aggredior, & ad eandem referenda videntur (1.) Præsentia tam Donatoris, quàm Donatarii *l. 38. ff. h t.* qvæ *olim* præcisè reqvirebatur *d. l 38* præsertim qvando conficiebatur vel (2.) mediante Traditione vel (3.) stipulatione *l. 34 h t. vid. & Tholos. d. l. num. 5.* Atqve hinc fluit, qvòd illa M. C. Donatio qvæ in absentem confertur, nemo autem eandem absentis nomine acceptat, Legibus non approbetur. Qvoniam autem citius aliqvis actus conservandus, qvàm destruendus; provisum fuit & hoc casu ab ipsis Legibus, ut valeat ejusmodi Donatum instar fideicommissi, nec penitus corruat *l. 75. l. 77. §. 26. ff. de Leg.*

de Leg. 2. vid. Clarus d. l. qu. 5. verf. fed pone Harppr. §. 1. Inft. h. t. num. 1 ... non Dn. Struv. d. l. th 25. Hodiè aliter obtinet, nec ita præcise corporalis exigitur præſentia; ſed ſufficit animo ſi adſit M. C. Donatarius: id qvod fieri creditur qvando vel per literas ſuum conſenſum notificat; vel alio etiam qvocunqve modo id ... *vid Gipban. in l. 38. ff. h. t.* hoc enim caſu utiqve M. C. Donatarius pro præſente habendus, & bene celebratur M. C. Donatio, *ut rectè ſentit Hahn. ad Wag. Weſ. ff. h. t. n. 4.*

§. 28. Porrò ad Formam hanc ſpectat (4) quòd debeat fieri coram quinque teſtibus præſentibus: quòd commune habet hæc Donatio cum codicillis. Et horum præſentia pernecesſaria *l. fin C. h. t. ... gatur Carpzov. P. 3. C. 1. D. 41. num. 3.* adeo quidem, ut, absque his ſi agitata fuerit, nullo modò valeat, licet etiam Juramento fuerit approbata: per ea quæ iterum habet *Carpzov. P. 3. Conſt. ... Def. 29. & Def. 41.* Niſi fortè conferatur in liberos: quo caſu duos ſufficere teſtes probat *Tholoſ. d. l. per l. 35. §. fin. C. de Donat. & Carpzov 3. 1. 33. n. 4.* Aliud quoque de Donatione M. C. tempore peſtis celebrata ſtatuendum, *arg. l 8. C. de Teſtam.*

§. 29. Fallit tamen hoc itidem in M. C. Donatione factâ apud Acta. Quæ nullis omninò indiget Teſtibus *per l 31. C. de Donat.* Quoniam enim ſatis eſt hic Publicum monumentum, igitur ſuperfluum videtur privatum, hocque ab illo quaſi obfuſcatur.

§. 30. Teſtes autem quod attinet, juvabit & de his pauca dicere. Et ſciendum, quoad hos nihil referre, Viri ſint, vel etiam mulieres, *per ea quæ habet Schneidw. ad. §. 6. Inſt. de Teſtam ord. n. 3. Carpz. d. l. n. 5.* rogati acceſſerint actui, vel forte fortunâ adſint, etiam nil refert *l. ult. §. fin. C. h. t.* modo quòd ad actum ſpectat, fieri hanc M. C. Donationem uno contextu videant *d. l ult. & l. 29. pr. C. de teſtam. Confer. Rauchbar. P. 1. qu. 32. n. 5.*

§. 31. (5) Ad formam hanc pertinet inſinuatio. Jure namque Veteri etiam inſinuatione opus erat, præſertim ſi 500. exſuperasſet ſolidos, *l. 25. C. de Donat.* ut hâc ſine ſi foret, quoad ſummam excedentem periret *c. 37. de R. J. in VI.* Jure verò modernò aliud cautum reperitur; ita ut licet 500. excedat ſolidos *l. fin C. h. t.* neutiquam Inſinuationem requirat; modò fiat in præſentia quinque teſtium, ut non diſſimilis reddatur ultimæ voluntati. *Vid. Hieronym.*

[illegible] *Schurff. cent. 1 consil. 6* Et hoc etiam observandum [illegible] licet st[illegible]ci alicujus ita præcipiat, ut omnis Donatio valida debe. at [illegible]ari, non tamen hoc ad donationem M. C. trahendum: quoniam statuta stricti Juris perhibentur *l. 3 §. fin. ff. de Neg. gest. Panormitan in cap. proposuisti 19 n. 2. X. de foro compet. & Jas. n. in l 3. n. 55 C. und. Liber.* Adeoque ad aliam speciem, quam expressam, non extendenda. *Schrader. de Feud. Part. 10. Sect. 20. num 169 Mynsing. Decad. 15. Respons. 1. num. 13 seqq. & ita sentit Schneidw. §. 1. I. h. num. 15. seqq.* Tantum etiam de Forma. Pergo ad alia. Sit itaque

CAPUT V.

DE EFFECTU ADJUNCTIS, ET CONTRARIIS.

§. I.

PErspectis quodammodò Caussis Donationis M.C. progrediendum nunc erit rectâ viâ ad ipsius quoque effectum: qui duplex: *Primus* scilicet, & ex illo *Ortus*. De Primô prius videbimus. Consistit autem is ipse in Translatione Dominii.

§. 2. Non semper autem id ipsum Dominium vivô adhuc d[illegible]m M. C. Donante statim transmittitur, sed quandoq; in suspenso manet, sub conditione Mortis, & rebus salvis sic, ut nunc sunt, permanentibus, adeòque spes saltem rei donatæ dominium acquirendi in Donatarium transfertur *L. 1. C. h. t.* usque dum scilicet conditio adimpleatur, & mors Donantis sequatur. Et hoc casu, statim ipso jure in M. C. Donatarium transit dominium, *per l. 2. junct. §. ult. l. 1. ff. de Publiciana in rem action.*

§. 3. Qui etiam ea propter, rem ita donatam licet nondum possidet, eam tamen eodem planè Jure ac cæteras res sibi proprias, ad heredes suos transfert, modò certum sit, quòd post M. C. Donantem Donatarius mortuus sit. Eo i[illegible]so namque mom[illegible]to, quo Donator obit, & cedere, & venire dies censetur *arg. l 22 ff. h.* [illegible]i tamen

tamen & secundùm Dd. in dubio quoque ita tenendum statuo, quod Donator prior censeatur mortuus, & Donatarius supervixisse credatur *arg. l. 26. ff. h. t. l. 8. l. 26. seqq. ff. de R. D.*

§. 4. Ab ipso Donante dominium transfertur, quando scilicet Mortis-Caussa-Donator rem ipse tradit alteri, ut post ejus mortem maneat apud eum. *l. 2. ff. h. t.* Si igitur non ex morbo præsenti moriatur Donans M. C. saltim revocabiliter censetur dominium transmissum *arg. l. 1. ff. de [illegible] l. [illegible]. ff. de in diem addict. l. 38. l. 29. versu [illegible] fin. ff. eod. Videatur [illegible] dissp. 12.*

§. 5. Porro & de Evictione rei alienæ M. C. donatæ *h. l.* non incongrue quæritur, an & illa in M. C. donatione præstanda? Et [illegible] posse expediri recte Dd. cum *gloss. ad l. 2. C. de Evict.* per distinctionem putant. Aut enim Donans M. C. heredem suum ad evictionem illam præstandam adstringit, aut vero non adstringit. Priori casu rem apertam esse, vel ex illo liquet, quod ultimæ voluntates pro Lege habeantur. *Nov. 22. c. 2. in pr.* maximè cum Legibus nil quicquàm adversum in se contineant. *l. 23. in fin. C. de Leg. l. fin. in fin. C. de Fideicomm.* Posteriori casu non videtur: *per eandem l. 2. C. d. t.* Quia & hæc M. C. Donatio ex liberalitate proficiscitur. Nemo autem liberalitatis suæ pœnam patitur. Quod utiq; dicendum, si hoc generaliter admitteretur. *Vid. Dn. Schneidw. ad §. 2. I. h. num. 82. Sutholt. Diss. 6 §. 39.*

§. 6. Ulterius & de solutione, si nempe certa aliqua pecuniæ summa M. C. donata fuerit, non exigui momenti quæstio est, quodnam tempus in hac considerandum? Pro diversa mutatione nummorum, diversum illa solutio sortitur exitum. Hoc autem circa illud observandum: quod solutio & æstimatio monetæ non debeat fieri ad valorem illum, qui est tempore Mortis-Caussa-Donantis, quod quidem facilè videri posset *ex l. 22. ff. h. t.* sed retrotrahenda ad tempus illud, quo facta est M. C. Donatio *per l. 40. ff. h. t. Anton. Faber. Error. Pragmat. Decad. 46. Error 5. ex relatione Carpzov P. 2. C. 28. Def. 8. num. 10.*

§. 7. Mortis-Caussa-Donationis seu Effectû alterum ex primo ortum exhibet Actio, quæ competit Donatario, mediante qua rem [illegible] persequitur in Judicio. Namq; post mortem Donatarium [illegible], vel etiam alius aliquis rem detinens donatam M. C. [illegible]

Donatario exhibere; quoniam jam ipſo Jure habetur ejusdem rei Dominus *arg. l. 1. & l. 2. ff. de Public. in Rem Action.* Quandò igitur Donatarius poſſeſsionem rei ſibi M. C. donatæ à poſſeſſore non poteſt motu ſpontaneo acquirere, tunc omninò juſtis remediis, & per ſententiam Judicis eò eſt adigendus, ut rem exhibeat & copiam ejus faciat petenti: id quòd fit per legitimam Actionem contra poſsidentem.

§. 8. Eſt autem illa Actio pro modô donandi vario etiam varia. Aliam etenim dant Leges & concedunt Actionem Donatario, quandò nimirum M. C. Donationi accesſit ſtipulatio, & eâdem firmata fuit *l. 2. C. h. t.* Et dicitur Actio ex ſtipulatu; quæ in ſe conſiderata ſtricti Juris *l. 5. §. ult. l. 6. ff. de in lit. jurand.* daturque M. C. Donatario poſt mortem M. C. Donantis, ejusque heredibus, contra heredes Donantis, ad conſequendam rei Mortis-Cauſſâ-Donatæ poſſeſsionem. *l. 13. C. de contrah. & committ. ſtipul. l. 9. ff. de Probat. l. 11. C. d. t.*

§. 9. Alia deindè Actio datur, quandò ſine ſtipulatione M. C. Donatio celebrata fuit. Et placet hoc in paſſu ſentire cum Clarisſ. *Dn. Bocero claſſ. I. Diſp. d. Donat. th. 57.* hac ratione diſtinguente ibidem: Aut, in hanc M. C. Donationem factam, nudoque conſenſu ſtantem, certa quædam pecuniæ quantitas venit: aut donavit ita quis rem, ſeu ſpeciem & quidem propriam: aut certè quaſi propriam. Illo modô ſuppeditare videntur Leges Donatario Actionem Perſonalem ex Teſtamento utilem, ad inſtar legatorum *l. 1. Cod. comm. de Legat. arg. §. 2. Inſt. de Legat. junct. §. 1. Inſt. de Donat. quod etiam videtur Covarruv. Part. 3. n. 17. Rubr. de Teſtam.* Iſto & ſecundô modô competit eidem Rei vindicatio *l. 29. h. t. jung. Coll. Jurid. Argentor. hoc tit. ſub effectu.* Hoc tertiô modô habet Publicianam Actionem in rem, id quòd colligere licet *ex l. 2. §. ult. l. 1 ff. de Publ. in Rem Act.*

§. 10. Quorſum autem non facit M. C. Donatio per traditionem jam facta, & ubi mortuus eſt Donator. Nam hôc modô nulla planè datur actio Mortis-Cauſſa-Donatario, quia jamdum dominium non tantùm habet, ſed & ipſam poſſeſsionem per traditionem accepit. *Vid. ſupr. hoc cap. §. 4. dicta.* Quòd ſi Donans periculum, cujus intuitu donavit, evadit, nec tùm Donatario, ſed potiùs Do-

nanti

nanti actio competit *l. 1 l. 2. ff. h t.* Quòd si non evadat Donator periculum hoc, neque tunc habet Actionem Donatarius, quia jam habet & possidet id, quod Judicio aliàs petere posset. Et hoc de effectu sufficiant dicta. Descendo ad Adjuncta.

§. 11 Hæc quod spectat, referenda huc potissimùm veniunt sequentia (1.) Quod possit M. C. Donatario etiam substitui. Perindè namque ut à Legatario fideicommissum relinqui potest; ita nihil obstat, quo minus ille, cui M. C. donatur, rogari possit, ut rem donatam vel post mortem, vel post certum aliquod tempus restituat alteri *per l. 10. h. l. 1. C eod.* (2.) Quod in singulos annos M. C donari licitum more legatorum *l. 35. §. ult. ff. h.* nec tamen plures censentur Donationes, sed tantummodò una est Donatio. Quod secus habetur in legatis *d. l.* (3) Quòd Quartæ Falcidiæ de Civili Jure detrahendæ & hîc locus sit, *l. 2. in fin C. h. t. l. 5. l. 12. l pen. C. ad L. Falcid. l. 1. § 5 ff. quod Legator. Vid. Habn. ad πας. Wesenb. ff. ad L. Falcid. num 6. verba: an etiam in donationibus causa Mortis, cui jungatur & Wesenb. ff h. t. n. 5.* Ubi insimul etiam tradit quòd in tantum etiam valeat, ut ne M C Donator eandem quidam prohibere possit, *ex allegato Alciato*; sed non placet *Bachov. ad eundem ibid. per Nov. 1. §. si verò non fecerit l. fin. §. 4. & §. 11. C. de Jure deliberandi. Auth. sed cum Testator. C. ad L. Falcid* Cui etiam adstipulandum puto. Et hoc etiam Jure Saxonico communi procedit. *Carpzov. P. 3. C. 1. Def 5.* Secus autem est Jure Electoratus Saxon. *C. Elect. Sax. P. 3. C. 1. §.* Damit nun darinnen. *vers.* So ordnen. *verb finalib. ubi Carpzov.* ad eandem prolixius videri potest.

§. 12. Idem procedit (4) in Quartâ Trebellianicâ *l. 77. §. 1 ff de Leg. 2. juncta l. 12. C ad L. Falcid.* Etiam de Jure Saxon. *Rauchb. Part 1 quæst 29. & Gail. libr. 2 observ 138. num. 11. seqq* in tantum quidem, ut licet M. C. Donator quocunque modo non deducat Falcidiam, hoc tamen ad Trebellianicam non sit trahendum, *per ea qua addit Carpzov. P. 3. C. 1. Def. 7. per tot.* Porrò (5.) huc pertinere videtur Cautio Mutiana, cum per *Nov. 22. c 44 in fin.* quæ expressit Donationem M. C. factam. Tùm quoque *per §. 1. Inst. h. l. 15. l. 17. l. 37. ff. l. ult. C. h. t.* prout ita tradunt cum cæteris Dd. *Jason in l. 28. n. 19. C. de Transact.* Cujac. *ad l. 72. pr. ff. de cond. & De-*

& Demonstrat. & libr. 14. observ. 32. Anton Gomez. libr 2. var. Resol. cap. 4. n. 16 Lud. Molin. Tr. de J. & J. Disp. 288. num. 9. & 10. Ripoll. ad l. 7. de Cond. & Demonstr. num. 74. Anton. Faber lib. 2. Conject. cap 16. quamquàm hic assertum hoc ad eum tantummodò casum restringere malit, quo conjugi à conjuge M. C. donatur. *quemq; sequitur Osw. Hilligerus ad Donell. Enucl. Libr. 8. cap. 32. lit. p.*

§. 13. (6) Spectat etiam huc Jus Accrescendi. *per l. unic. §. 14. C. de Cad. tollend. Jason in l. 2. ff. de Leg. 1. num. 2. Duarenus libr. 1. cap. 17. seqq. de Jure Accresc. Svevius libr. 2. cap. 2. de Jur Accresc. Vid. Dn. Carpzov. Jurisp. For 3. 2. 1.* Ubi refert, quòd hic quoad subjectum variet Saxon. Jus: quod tamen assertum non arridet *Dn. Struv. Ex. 40. th. 30.* (7.) Est ut huc numeretur Interdictum quod Legatorum, heredi competetens contra M. C. Donatarium rem M. C. donatam propriâ autoritate occupantem, ad restituendam rem M. C. donatam, & sine consensu ejus occupatam. *Vid. Treutl. V. 2. D 19. th. ult. & quos ibid. citat. Habn. ad Wesenb. π ag. ff. quod legat. num. 6. Dn. Struv. Exerc. 45. th. 27.* Dissentit ab his *Anton. Faber Part. 2. Error. Pragm. Decad. 44. Error. 6. & Forster. Libr. 2. Disp. 10. th. 5. ipse quoq; Wesenb. d. l. num. 6.*

§. 14. Tandem & (8.) de Culpa etiam aliquid dicendum erit: quæ utique & hic præstanda videtur. Et quidem eò præprimis in casu, ubi M. C. Donans rem tradit M. C. Donatario, & reconvalescit: quo casu quæstio suboritur, quàmnam hic M. C. Donatarius teneatur præstare culpam? Et æquior esse videtur sententia, quâ statuitur, quòd præstet saltem culpam latam. Tùm ex hac ratione: quia hoc, quod accepit, ex liberalitatis fonte promanare videtur, & hinc benigniùs cum eò, cui is, qui dedit, benignè facere voluit, agere volunt *arg. l. 8. §. 3. ff. de Precar* Tum etiam quòd instabilis atque incerta conditio sit Donatarii, eò quòd omni tempore revocari possit. *per l. 1. ff. b. t.* Hæc de adjunctis. Pergò ad Contraria.

§. 15. Ultimum denique locum occupent *Contraria* huic M. C. Donationi; quæ constituunt modi M. C. Donationem iterum resolventes & annihilantes. Suntque duplices: alii, quibus ipso jure, alii verò quandò facto contrario interveniente revocatur.

§. 16.

§. 10. [illegible] priores modos pertinet (1.) Mors ipsius M. C. Donantis, quando scilicet M. C Donans capitali pœna fuerit affectus. *l. [illegible] ff. h. t. [illegible] Cujac. libr. 12. Responsor. Papiniani p. 520. seqq.* D[illegible] juxta Digestorum. Jure tamen Novellarum, quo servitus pœnæ per *Novell. 22. c. 8.* in totum hodie est sublata, aliud & contrarium asserendum. *Lud. Ex. 2. th. 10. lit. a. circ. fin.* Struv. *Ex. 3. th. 5.* (2.) Mors Donatarii, siquidem vivo adhuc Donante eidem obtingat *§. 1. J. h. l. 19. pr. ff. de R. C.* habent namque tales Donationes semper secum conditionem, si mors M. C. Donantis vivo M. C. Donatario sequatur *l. 1. l. 2. ff. h. t. Lucamm. §. 1. J. h. t lit. c.* (3.) Reconvalescentia & Evasio periculi, cujus metu facta fuit. *d. §. 1. l. 12. ff. de condict. ca. dat. causa non secut. l. 1. pr. l. 2. in fin. ff. h. t.* aliter autem dicendum de eo casu, si post factam M. C. Donationem in adversam inciderit M. C. Donans valetudinem, per ea, quæ tradunt *Schneidw. §. 1. h. num. 21. & quos citat.*

§. 11. Ad posteriores modos refero Pœnitentiam M. C. Donantis, quando nimirum pœnitere incipit, atq; ita pœnitentiâ ducitur, ut aliud actum velit, & revocat M. C. Donatum. Hoc enim ipsi quovis tempore facere permittitur *l. 30. ff. h. l. 32. §. pen. ff. de don. inter V. & U.* Potest autem hoc ipsum expeditum dare (1.) vel verbis expressis, quando M. C. Donator ipse coram duobus duntaxat testibus præsentibus [illegible] & mentem contrariam explicat; quod factam antea M. C. Donationem nollet ratam amplius habere, atque [illegible]re. Nec etiam quicquam juvat M. C. Donatarium, sive ea celebrata fuerit antea per stipulationem, sive per traditionem, sive nudo consensu & promissio. Prout tradit *Anchar. Consil. 81. & Decius in l. non omnus. 19. in pr. ff. si certum petat.* (2.) Vel solo facto contrario, utputa, quando eandem ipsam rem nulla urgente necessitate alienat. *l. 22. l. 32. §. 5 ff. de donat. int. v. & U.* Perhibent idem *Carus §. donatio libr. 4. qu. 25. num. 2. Dan. Müller. libr. 2. [illegible] str. cap 39. Berlichius P. 3 Concl. 2. num. 43. seqq.* (3.) Vel per Fideicommissum: quando scilicet alteri rem restituere rogatur M. C. Donatarius *l. 1. C. h. t.* & denique (4.) Vel ex inimicitia gravi & Capitali inter M. C. Donantem & M. C. Donatarium ortâ *l. 3. §. ult. l. 22. ff. de adimend. vel transferend. Legat. junct. l. 15. l. 37. ff. h. t.* & ita *tenet Menoch. libr. 3. Præsumt. 37. num. 21. seqq.*

adjecta Donationi M. C. clausula de non revocando. *Cum quo sentit Berlich. dict. conclus. 2. num. 45. seqq.* Ex quo tamen non velim colligere, quasi Mortis Caussâ - Donatio cum clausulâ adjectâ, quod non debeat revocari, transeat in Donationem simplicem. *per l. 13. ff. h. t.* Potius cum *Bachov. ad Tr. vol. 2. Disp. 19. Th. 9 A.* distinguendum statuo inter Donationem M. C. Regularem, & Irregularem. Atque hæc sufficiant Exercitii gratia proposuisse, rogo interim B. L. si quâ in parte erraverim, ne id malè interpretetur: quia *Errare humanum.*

COROLLARIA.

I.

Sine Publico Examine præmisso à Juratis quidem Examinatoribus nullus rectè Doctor proclamari potest nec debet.

II. Non semper perit res suo Domino.

III. Fidejussor in plus obligari potest.

IV. Nemo furem eqvo proprio vel alii surrepto insidentem, & cum rebus ejusdem aufugientem, etsi aliter eum asseqvi non possit, globo tormentario impunè transverberat.

V. Fur ad laqveum legitimè damnatus, rupto laqveo in terram decidens, nec-dum mortuus, iterum est suspendendus.

VI. Punitorum cadavera rectè conceduntur Medicis ad Anatomen.

Dum

E[illegible] mortis Te memorem esse doces.
[illegible] corpus [illegible] mors [illegible] trucidat,
Nos [illegible] fata tamen vivimus ingenio.
[illegible] quæ sola supersunt,
[illegible] nescia sola mori.
[illegible] RUTHARDE, tuis his ausibus, olim
Præmia pro [illegible] or, ampla [illegible]

Georgius Tobias Schwendendörffer/D.
PRÆSES.

WAs auff den Todes-Fall die Ubergabe sey /
Bringt Herr R[illegible]RDUS uns mit klugen Sätzen bey.
Mein Wunsch ist/daß [illegible] GOTT zu allen Lebens-Fällen
Diß gebe/was den Geist kan in Vergnügung stellen.

Nationali & Consanguineo
Suo
FRIDR. GEISLERUS, Siles.
Phil. & J.U.D. Majoris Princip.
Coll. Collegiatus.

WAs auff den Todes-Fall sein Guth Verschencken sey?
Wer Fug und Macht also was zu verehren.
Wem? wie? wodurch? warumb? und was noch mehr hierbey
Zumercken ist / wil uns Herr Ruthart lehren/
In dieser klugen Schrifft. Was macht der kalte Todt
Bey Geistern/ die nur Glut und Leben hegen?
Was treibet Ihn hierzu / Mein werther Freund/ für Noth?
Kont Er [illegible]er nicht etwas anders legen /
Das f[illegible]ste gleich? Wie können Glut und Frost
Beysammen stehn? Wie Todt und Leben stallen?
Was Nord und Westen ehrt verachtet Süd und Ost;
W[illegible] stehen muß trotzt all und jedes Fallen!
[illegible] Solch ein wacher Kopff/ solch ein bemüheter Fleiß
Kan sicherlich [illegible] Tod und Sterben spielen;
[illegible]er ihm der Ewigkeit bezaunte Jahre weiß
Durch eignes Thun selb-selber zuerzielen /

Lacht

Ein nacher Geist nach seines Hauses Sterben?
Die Erde legt sich zu ihrer Erde hin/
Den Himmel muß was Himmlisch ist ererben.
Was ein gelehrter Fleiß in Stahl und Marmel ätzt/
Was Flammen hegt/und kluge Funcken nehret/
Wird durch den Würge-Zahn der Zeiten nicht verletzt/
Es bleibet stehn/ob alles umbgekehret
Und eingeäschert wird. Nun diese Seine Schrifft/
Mein Freund/ kan auch behertzt und ohn' Erblöden
Vom Tod' und Sterben (das doch sonsten alles trifft/
Nicht aber die) mit vollem Halse reden.
Er fahre ferner fort. Sein hier-bekandter Fleiß
Wird über kurtz die süssen Früchte mehren.
Wer sich/wie Er itzund/mit hohen Schulen weiß
Zu letzen/ kan mit Ruhm nach Hause kehren!

Schriebs in Eil zu schuldigem Ehren und freundl.
Andencken seinem liebwerth-geschätzten Freunde
Joachim Andr. Corvin/Jur.Candid.

DUm, *Mortis causâ* qvæ sit *Donatio*, monstras,
Pignora discessus linqvis, *Amice*, Tui.
Si vitam perdat, sua *Caji* fama perennet,
En mortis causâ dona capit *Titius*.
Sicqve Tuum Nomen commendat, *fide Sodalis*,
Nominibus doctis *Hæc* Tua *Docta Thesis*.
Illi ut succedant, qvos optat amicus, amici,
In casum mortis dona venire solent.
Non desunt, credas, Tua qvi vestigia tractent,
Adsunt, qvos jungit *Patria Grata* Tibi.
Discedas ergò, *Patriæ* pete limina lætus!
Hæc olim studii præmia lauta dabit!

Ita

Dn. Contubernali suo, Amico Exoptatissimo, ante discessum disputaturo boni ominis ergò applaudebat
JOHANNES HENRICUS
Melichius J. U. Candid.

F I N I S.